



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetii, 1562**

Vanae gloriae remedia sunt quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

I N S T I T U T I O . 221

Prosper. Cum omnia uitia homo supē rauerit, manet periculū, ne mens be ne conscientia sibi, potius in se, quām in domino glorietur. Tertium est, quia sāpe ex uana gloria contentiones, & inuidiae oriuntur. Gall. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidi. Quarum est, quia ostendit hominem stultum. Non ne magna stultitia est habere uanam gloriam, quæ sicut puluis est, sicut dicit Isidorus. Gloria enim humana in puluerem redigitur, & honor eius extinguitur super terram, uelle ipsam præponere æternę gloriæ. Vnde stultum ualde est, inde transitoria querere, unde possumus æterna habere. Item. Non ne magna stultitia est, quia uanagloriosus non curat qualis sit, sed qualis dicatur. Vnde Chrysostomus. Hypocrita ut quid non Chrysostomus esse laudabilis, qui uis ut lauderis?

Gall. 6.

Isidorus.

Vanae gloriæ remedias sunt  
quatuor.

Primum est absconsio. Legitur in uitis Patrum. Sicut thesaurus manifestus cito minuitur, ita & uirtus quilibet deperit publicata. Greg. Depredari desiderat, qui Gregorius.

## CHRISTIANA

thesaurū publicē in uia portat. Quod figuratum est in manu Moysi, quæ ex tracta de sinum facta est leprosa, in si

**Exod. 4** nu uero reuersa, est ibi facta sana. Vnde Isidorus. Qui se intelligit ad hæc

**Isydo.** amore laudis pulsari facta bona agat in occulto, ne forte quod egerit perdat. Secundum est descensio, sicut, ut homo descendat ad propriam infirmitatem. Vnde Isidorus. Semper suam aspiciant fæditatem, qui uane gloriæ fauores diligunt. Homo namque si seipsum reprehendit ubique potest consistere, si autem se magnificat nusquam stat. Tertium est consideratio æterna gloriæ. Gregorius.

Vilesunt temporalia, cum desiderantur æterna. et specialiter vilesunt uana gloria, si consideretur uera. Quartum remedium est, quod quando offeratur homini gloria, ipse offerat eam regi gloriæ. Sicut ait Propheta. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam, &c. Et Paulus.

**Psa 113** Regi seculorum immortali & inuisibili soli deo honor & gloria in secula seculorum amen.

**I. Ti. 1.**